

2.
(2)
Zweiter prüfer

f

Principum
Rerumque publicarum
FATA ET MUTATIONES

Die 12. Novembr. Hora 8. antemer. M DCCIX.

**ACTUS ORATORIO-VALE-
DICTORIUS,**

Representabit,

Cui ut

Tit. DN. DN.

**Mœcenates, Patroni, Fautores ac Mu-
sarum Amici,**

Benevoli interesse dignentur,


Officiosissime perque amanter
obtestatur

M. GODFRID. STEINBRECHER,
Illustris Schol. Torgens. Rector.



TORGÆ,

Typis JOHANN. ZACHAR. HEMPL.



Summa cadunt subito!

Quid Causæ?

Fortè Fortuna, cœca illa Ethnicorum Dea,
Cui sextus à Romulo Rex Romæ Servius Tullius
Templum ædificavit, dicavit?
Valeat cœca illa Fortunæ Dea!

Aut forte magnarum rerum Mutatio
A Platonico pendet ænigmate arithmetico?

Quidnam hoc sibi vult?

Nempe Politias mutari,

Cum fundus sequitertius, quinario junctus,
Duas exhibet harmonias ter auctus.

Valeat & hoc Ænigma Arithmeticum,

Ne ab Aristotele quidem satis explicatum.

En! Deus ipse optimus ARITHMETICUS,

Qui pondere, mensura, numeroque novit omnia;

Qui ortum, qui progressum, qui egressum

Regnorum rerumque publicarum

Accurate novit, definit, determinat.

Accede Babylonix Rex potentissime,

Quid trepidas? quid consternatus?

Cur toto corpore contremiscis?

En! Horrorem tremoremque Tibi injicit

Unum verbulum in pariete scriptum:

MENE, MENE! (a)

Scilicet NUMERAVIT, NUMERAVIT!

Quisnam?

Deus Sapientissimus ille Calculator

Terminum & Dierum & Regni tui

Exacte numeravit **

Incrementi atque Durationis Periodos præscripsit,

Quibus evolutis,

Sicut fumus transeunt, evanescent,

Ubi est Assyriorum Monarchia?

Monarchia Perfarum ubi est?

Ubi Græcorum?

Evanuit, in fumos abiit.

Sic Carthago, sic Corinthus, sic Numantia

Sic aliæ Urbes & Respublicæ florentissimæ

In ruderibus sua quærunr rudera.

Nimi.

*) à Mina & almanach h. e. *Συναλογισμὸς* seu supputatio. &c.

**) Conf. Jerem. XXV, 12. XXXIX, 10.

Nimirum.
 Consule historias, rerum periodos perpende,
 Et videbis:
 Raro constitisse Rempublicam
 Sine insigni aliqua mutatione
 Ultra quingentos annos.
 Quid quod?
 Quævis Resp. singulis 50. annis
 Insigni Mutationi obnoxia cernitur.
 Quid putas, Rex Galliarum potentissime,
 LUDOVICE XIV.
 Nonne, non fallor, ictus hic Te tangit fatalis?
 Quid ergo?
 Fatone cæco id tribuendum?
 Neutiquam!
 Nam Deus, ut optimus Arithmeticus,
 Non modo NUMERAT Periodos,
 Sed ut iustissimus etiam JUDEX,
 Belsazaris Parieti etiam inscribit?
 TEKEL
 H. e. in lance appendit, expendit.
 Nempe iustissimus ille Judex Deus,
 Ad justitiæ regulam trutinamque
 Omnia omnium Hominum
 Et Cogitata, & Dicta & Facta
 Perpendit, expendit. ***
 Quos itaque leves invenit virtute,
 Eosdem leves reddit auctoritate.
 Adesdam Babyloniarum Rex Belsazar?
 O quam levis, quam nullius momenti inventus!
 En! voluptatibus immerfus,
 En! Commessationibus intentus,
 En! superbiæ deditus,
 Cum Commessatoribus certasti & bibendo & edendo. ****
 Recte in Te accidunt Verba D. Ambrosii: *****
 Cernes diversorum poculorum ordines,
 Aciem ordinatam putes,
 Vasa exposita aurea & argentea,
 Pompam arbitris,
 Cornu in medio vini plenum,
 Non epularis, sed procliaris,
 Instrumentum buccinæ,
 Quod discumbentes in certamen accendat.
 Primo minoribus poculis,

Velut

***) Esai. XLIX, 17. Psal. XXCII, 1.

****) Radix קקק simul notat: aciem militarem instruere. Dan. p. v. 1. conf. Jer. 50. v. 9.

*****) Libr. de Elia & Jejunio.

Velut velitaris pugna præluditur, &c.
 O quam levis inventus es Belfazer!
 Neutiquam vereris
 Vasa argentea & aurea,
 Ab avo tuo Nebucadnezare!
 Hierosolymis Babylonem asportata,
 Principibus tuis, quin! Concubinis apportare,
 Strenue potantibus,
 Inq̄ve contumeliam Dei Israël
 Idola Babyloniorum aurea laudantibus,
 Adeste & vos Assyriorum Reges:
 Sardanapale & Sennacheribe.
 Adeste Reges Judæorum;
 Joachaze, Jojakime, Jechonia, Zedeckia.
 Adeste Reges Romanorum:
 Caligula, Nero, Vitelli, Commode,
 Anronine Caracalla, Heliogabale,
 Maximine, Diocletiane,
 Maximiniane, Valeri Maximine,
 Maxenti, Licini &c. &c.
 Vos quia trutinam ad divinam leves deprehensi,
 Nonne throno regio aut detrusi,
 Aut horrendo judicio divino reservati?
 Deus quippe VINDEX simul potentissimus,
 Illud PHARSIN, h. e. dividunt,
 Impiis ante oculos ponit,
 Hoc est:

Deus Regnum à Gente in Gentem transfert
 Ob Injustitiam, Superbiam, Contumeliam.
 Quid Te, Saule Rex potentissime,
 Quid de Pore Indiarum Rex fortissime,
 Quid Te Valeriane Romanorum gloriosissime,
 Quid Te Bajazerthe Turcarum terribilissime
 Catenis, quid morti truculentæ dedit?
 Nonne fuit Impietas, Crudelitas ac Superbia?
 Fuit omnino.

Sed manum de Tabula!
 Plura hac de re dicere jussus est
 Vir juvenis ornatisimus atq̄ve literatissimus
JOH. SAMUEL HANITSCHIUS, Viteberg.
 Academiæ patriæ Candidatus dignissimus,
 Quem ut benevole audiat
 Auditores Nobilissimi atq̄ve Clarissimi,
 Etiam atq̄ve etiam obrestamur.



78 M 437




TA → OL

kein Rest.

nur 51. Stk veranlagt bisher

I

1077



Principum
Rerumqve publicarum

FATA ET MUTATIONES

Die 12. Novembr. Hora 8. antemer. M DCCIX.

ACTUS ORATORIO-VALE-

TORIIUS,

praesentabit,

Cui ut

DN. DN.

oni, Fautores ac Mu.

m Amici,

nteresse dignentur,

me perqve amanter
obtestatur

STEINBRECHER,

hol. Torgenf. Rector.

TORGÆ,

NN. ZACHAR. HEMPL.

